vim expellẽdi ꝓritabãt, benigniorẽ viribꝰq; cõfirmãdis magis idoneã cõſeruẽt. Sed eſto, dicat q̃ſpiã, illęſas mãſiſſe, illibataſq; facultates: cùm tamẽ adhęreãt tenello ſubiecto, opandi vigoris haud exiguũ amiſerint. Hoc vel igneꝰ calor euincit, q̃ flãmę tenuioris minꝰ eſt efficax, quã prunę, cãdentiſve ferri, corporũ ſolidiorũ. Eſt tamẽ ad hoc quoq; obiectũ prõpta reſpõſio. Nõ quidẽ abnuimus, collectas vires intenſiores, & in anguſtũ actũ calorẽ ardentiorẽ deprehendi. Sed idipſum nos dicimus, chymica præparatione effectũ dari. Dum enim ſimplex remedium eſt integrũ, quæ illius portio caliditatis eximiæ vires prępollẽtes obtinebat, nõ ijs ſolis potitur, ſed reliquis, quibuscũ cohæret, impertit: vt ita in diuerſa ex ſuo fõte diſtractus calor imminuatur. At quãprimum ea pars, reliquarũ, quib. adhæſit, conſortio eſt liberata, ſuas ſibi poſſidet diuitias. Ergo qđ ſuprà quoq; innuimus, tantũ abeſt, vt minores ſint illius facultates, vt triplo quadruplóve ſint potẽtiores. An nõ hoc eſt, quod dicit Galenus, quæ partium ſunt magis ſubtiliũ, prõptiùs agere, tardiùs,

Non materiæ vel ſubiecti reſpectu Chymica remedia inefficacia eſſe.

1. ſimpl. 1

quæ